



foffet, und andern *Carmina* Vol. II.

A. W. 75. Quart.

4.

*Ca*

8. 9.

9. 10.

10. 11.

*Ca*

11.

12.

14.

15.

16. 17.

*Ca*

18.

19.

20.

21. 22.

23.



20 18.

EPITHALAMIA  
IN HONOREM

Ornatissimi atq; Primarii Viri Juvenis

Dn. STEPHANI Schmidt  
CIVIS THORUNIENSIS;

&

Bene nata ac educata Virginis,

ELISABETHÆ;

Spectabilis, & Amplissimi Viri,

Dn. ANDREÆ Reisers/  
CONSULIS OLIM APUD THO-  
RUNIENSES DIGNISSIMI, RE-  
LICTÆ FILIÆ;

Solennitates nuptiales celebrantium 7. Cal. Jun.

ANNO M. DC. XX.

Conscripta

â

Sponsæ propinquis & eorum Pedagogo

Typis AUGUSTINI Ferberi Senioris.



ALMA LANTIA  
MENIONIS  
D. STEPHANI E  
CONVENTUS MONACHIS  
EPISTOLA A  
D. ANDREÆ RICCI  
CONVERSATIONE APOSTOLICO  
PONTIFICALIS DISCUSSIONIBUS  
LITERIS PONIT  
S. C. COLLECTIO  
ANNO M D XI  
COMPLIBA  
TYPIS AUGUSTINI FIDELI SCYLTONIS



# COLLOQVIVM INTER SPONSUM ET SPONSAM.

**S** Alve, chara meis oculis quæ visa , puella,  
Cur gemitus tristi squallida corde trahis ?  
**E** heu ! quis juvenum me compellâsse dolentem  
Audet, & ad miseram talia verba loqui.  
**T** alia verba loqui, mea spes, generosa coegit  
Me facies , lacrymis quæ lacerata scatet.  
**L** ividus incessit, fateor , mea pectora luctus,  
Luctus , qui medicâ plus valet arte, gravis.  
**E** st medicina tamen, mea lux , dulcedine mirâ  
Dulcorata , tuus quam fugit iste dolor.  
**I** s dolor antè mei cordis quâm claustra relinquit  
Mâ prius exemplò rupta debiscat humus.  
**P** roh Jovam ! ô mea , luce magis dilecta , quid infers ?  
Tantâne mærenti pectore vota foves ?  
**S** ic es : quippè meis spoliata parentibus agrâ  
Lætitiae rivos obstruo mente meos.  
**H** eu mihi ! perpetuò iccircò cruciabere luctu ?  
Quæ nullum in fletu vis adhibere modum.  
**A** h ! quidni miseri cruciarer fletibus ? ab dic !  
Qui gemitu has elades exsatiare queam ?  
**A** ccipe consilium : cineres manelq; sepultos  
Mitte , nec ossa unquam posse javare puta.

A 2 Bino-

B. inorum, dolor heu! genitorum quomodo tantis  
Me afflietam curis immemorem esse jubes?  
N. et licet indomitos foveas in corde dolores  
Ob cineres, laterem mœsta subinde lavas.  
E. Et aliquid: nullâ verâ ratione columba  
Instar ego trepidæ vivere tutâ scio.  
V. era refers: at, quæ tua fert, meminisse decebit,  
Conditio, tua quæ stemmata clara volunt.  
T. une meum, quicunq; vir es, scis stemma? tuisq;  
Imponis iussis quæ facienda mibi?  
S. cilicet hoc agito: quia res tempusq; requirit,  
Hunc hilarem abjecto ferre dolore diem.  
H. em! quisquis juvenum, precor, es? desidero tandem  
Quis sis? undè tibi gaudia, scire, fluant.  
S. um F A B E R ipsa vides mea sola & sera voluptas.  
Ac ob præclarum, quod gero, lætor opus.  
c. ujus ab arte venit cedò formosissime? dic o?  
Hoc opus egregium. cuius ab arte venit?  
C. hara, quod exhibeo tibi, CÆSARIANA, paratum.  
Artifici patris manat ab arte mei.  
Æ. gra quid incepsem? sensus animumq; labantem  
Solus hic inflexit, nobile movit opus.  
Hanc igitur dignam, quam cernis, prole CORONAM  
CÆSARIA facilis suscipere mente precor.  
s. cilicet accipium: placet hæc in corde CORONA,  
Credo, meo: hanc semper CÆSARIANA geram.  
M. agna tibi laus, cæsarium & decus inde manebit.  
Si sobolis regnans CÆSARIS instar eris.  
A. t. regina licet fuero, tamen ista CORONA  
Stabit in occipiti vertice fixa diu.

Incly-



- I n clyta sic regnes multos feliciter annos  
     Nec tua prole carēns est ruitura domus.
- R e lligionis amor stabilit felicia regna  
     Suppeditat sibolem religionis amor.
- D icta placent : igitur summo reor auspice Jovā  
     Me F A B R U M cursus hūc tenuisse meos.
- I ngenuum sua facta probant : tua facta C O R O N A,  
     Mi F A B E R insigni laude nitere facit,
- T ristia sint procul ergo, decus memorabile, læta  
     Hic habeant certa gaudia sede locum.
- A nnuo : sed placitus causas innecte morandi,  
     Plebs omnis tremulâ jubila voce canat.
- N ubilla flusca flulant, redeat soL allreus, evaX:  
     Annulat & illucit Is LUCIDA llna noVI.

CASPARUS Eiben Fridl. Boruss.

Aliud.

E Ia per hyblæum dulces Heliconis alumna  
     Quæ montem vario discurratis agmine, lati  
     Unanimes pedibus concurrete : ferte per auras  
     Tristitia quicquid superest : properate sorores,  
     Gaudia sepositis agitate perennia curis.  
     En hymenæus adest merito celebrandus honore.  
     Hic vestras operas expostulat, atq; canorum  
     Ut tenero carmen cantetis gutture, poscit.

A 3.

Ergo



Ergò alacres in irate sacris cum coribus hortum  
Floriduum, & vernalis summā decerpite flores  
Sedulitate, quibus sponsus decoretur, & ipsa  
Sponsa suo fiat sposo formosior. Imò  
Nectite candidulos, per amēnos nectite flores,  
Nectite purpureas fragrantis flore coronas.  
Has inter juvenes, formosas atq; puellas  
Didite, quæ gaudent socias celebrare choreas  
Ad cythara cantus. Sic exornabitur ipse  
Connubialis hymen: Sponsa sic sponsa placebit:  
Ordine sic etiam feliciter omnia cedent.  
Restat at extremo paucis ut voce sorores  
Maoriam tada, thalamo quoq; fausta canatis  
Carmina. Jò suavi dium modulamine votum  
Dicite: Sit sponsa sponsaq; Thalassio felix:  
Conjugio vivant stabili, flatusq; secundos  
Auxiliante DEO experiantur, & undiq; largae  
Munera cognoscant verā in pietate Jehova.

FELIX Hierovius Sponsæ consobrinus.

Aliud

Quis novus nostrā strepitus obortus  
In domo? quisnam veteris reatus  
Immemor latto nova corde iactus

Gaudia fundit?

Quid



Quid sibi cursus hominum frequentes

Hic volunt? quare canit intonanti

Ore tibicen? quis & hosce flectit

Devius error?

At novus sponsa comitante sponsus

En adest sacris rediens litatis:

Ergo fas huic est cecinisse ab imo

Pectore votum.

Sit tuus felix thalamus, sit instar

Fertilis conjux tibi copulata

Arboris, mensam lepido nepotes

Agmine cingant.

Dulce jucundo meritum labore

Ferculum carpas: gravidiq; sicut

Uberis palmes vigeant per omnem.

Horrea vitam.

Sic manu larga Domini subindet;

Sponse ditatus maneas beatus:

Transfigas felix bona permanentis

Tempora vita:

JACOBUS Bodecker Sponsa consobrinus

Aliud

COnjugii servos justissimus arbiter hostes,

O DEUS! ex nostris adibus, oro, fuga.

Adsis

Ad sis ipse tuo cum Nato & Flamine Sancto,  
Te sponsis cedent preside fausta novis.  
Tu Pater illorum vinclo sociare jugali,  
Et firmare sacro Numine corda velis.  
Tu placidâ cursus illis bonitate secundos  
Adde, tuâ nunquam destituantur ope.  
Et sic pacifici inq; choroq; foroq; toroq;  
Auspicio vivent tempora longa tuo.  
Sic laudes memori dicent tibi corde perennes  
Atq; tuum nomen tempus in omne carent.

CHRISTOPHORUS Behr Sponsa  
ex avi materni fratre prncepos.







20

EPITHALAMIA  
IN HONOREM  
Ornatissimi atq; Primarii Viri Juveris  
**Dn. STEPHANI Schmidt**  
CIVIS THORUNIENSIS;



*Bene nata ac educata Virginis,*

**ELISABETHÆ;**

*Spectabilis, & Amplissimi Viri,*

**Dn. ANDREÆ Reiseræ**

1 mm



x-rite

colorchecker CLASSIC